Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Deutro

109

terra quam possederunt patres
tui et obtinebis eam: et be-
nedicens tibi maiores nume-
ri te esse faciet quam fuerunt
pres tui. Circumcidet dns deus
tuus cor tuum et cor seminis tui
ut diligas dnm deum tuum de toto co-
de tuo et in tota anima tua ut
possis viuere. Omnes autem male-
dictiones has conuertet super ini-
micos tuos: et eos qui odere-
runt te et persequuti sunt te. Tu autem
conuertens audies vocem dni
dei tui: faciesque omnia man-
data quae ego praecipio tibi hodie
et habundare te faciet dns
deus tuus in cunctis operibus
manuum tuarum in prole vte-
ri tui et in fructu iumentorum
tuorum: in vberitate terre tue
et in terra omni largitate be-
nedicet eam dns ut gaudeat super
te in omnibus bonis sicut gauisus
est in patribus tuis: si tamen audie-
ris vocem dni dei tui et custo-
dieris praecepta eius et ceremo-
nias quae in hac lege conscripta
sunt: et conuertaris ad dnm
deum tuum in toto corde tuo et
in tota anima tua. Mandatum hoc
quod ego praecipio tibi hodie non
supra te est nec procul positum
in celo situm ut possis dicere quis
nostrum valet ad celum ascendere
vt deferat illud ad nos ut au-
diamus atque opere complemus
Neque trans mare positum ut cau-
saris et dicas quis e nobis
poterit mare transfretare et
illud ad nos usque deferre:
vt possimus audire et facere
quod praeceptum est: sed iuxta te est
sermo valde in ore tuo et in
corde tuo ut facias illud Con-
sidera quod hodie proposuerim
in conspectu tuo vitam et bonum
et e contrario mortem et malum
vt diligas dnm deum tuum ambu-
lesque in viis eius et custodias
mandata illius et ceremonias
atque iudicia et viuas atque
multiplicet te benedicat que
tibi in terra ad quam ingredie-
ris possidendam Si autem auersum
fuerit cor tuum et audire no-
luerisque errore deceptus
adoraueris deos alienos et
seruieris eis: predico tibi hodie
quod pereas: et parum tem-
poris in terra ad quam iordanem
transmeans ingredieris possidendam
Testes inuoco hodie celum
et terram quod proposuerim vobis
vitam et bonum benedictionem et maledictionem: eligite ergo vitam ut
et tu viuas et semen tuum: di-
ligas dnm deum tuum atque obe-
dias voci eius et illi adhere-
as. Ipse est enim vita tua et
longitudo dierum tuorum: ut
habites in terra quam iurauit
dns patribus tuis abra-
ham ysaac et iacob ut daret
eis. Hec cum locutus esset moyses XXXI:
quoque moyses et locu-
tus est omnia verba h
ad vniuersum israel: et dixit ad
eos. Centum viginti annorum
sum hodie non possum ultra in-
gredi et egredi: presertim cum
et dns dixerit mihi non tran-
sibis iordanem istum. Dns qui
deus tuus transibit ante te ipse
delebit omnes gentes has in
conspectu tuo: et possidebis eas
et iosue iste transibit ante te sicut
locutus est dns. Faciet quoque
dns eis sicut fecit seon et
og regibus amorreorum et
terre eorum: delebit que eos cum